Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26152
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Equitatui meo in curribus pharaonis assimilaui te. Si uis
intellegere o sponsa quomodo scire te debeas. cognosce
cui te comparauerim. et te uidebis tale te esse quale turbari
non debeas. cui tua specie cognoueris. Quid est quod equitatui
meo in curribus pharaonis assimilaui te. Scio equite sponsum
per pheta dicente. et equitatio eius salus. Assimilata es quoque
equitatui meo. in curribus pharaonis. Quantum differt ms equitatus
qui sum dns. et dimergo in fluctibus pharaonem. et cristatus
eius et ascensores. et equos eius et curtus eius. quantum in qua differt
equitatus meus ab equis pharaonis. tanto melior es omnibus
filiabus tu sponsa. tu ecclesiastica anima omnibus anu
mabus que non sunt ecclesiastice. Igitur si ecclesiastica anu
ma es. omnibus animabus es melior. si non es melior. non es ecclesi
astica. Equitatui meo in curribus pharaonis assimilaui te
prima mea. Deinde pulchritudinem sponse spiritali amo
re describit. Gene tue ut turturis. facies illius laudatur.
et genarum rubore succenditur. Pulchritudo quippe mulie
rum ingenis esse dicitur quam plurima. Itaque et nos pulchri
tudinem anime intellegamus ingenis. Labia oris et lingua
am. intellegentiam predicem. Collu tuum monile. Vt or
namentum quod solet uirgunum pendere collo et nuncupat
ορμος ECHOC COS. ita sine decore hoc tuum ipsum collum
est ornamentum. Post hec fit sponsus in recubitu; rege
ut quippe ut leo. ut catulus leonis obdormiuit.